



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Constitvtiones Societatis Iesv**

**Ignacio <de Loyola>**

**Romae, 1570**

De Admittendis in Societatem. Cap. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68489)

Erit etiam scriptum alterum examen, quod contineat ea, quæ sexto quoque mense per bienniū probationis proponi debent: & aliud item perbreue, quo illi vtentur, qui cum ijs, qui ingredi volunt, colloquuntur; vt vtrunque id, quod expedit, intelligatur antè, quàm ad primam probationem quis admittatur. Idem officium etiã Examinatoris scriptum habere debent, & quod in eo continetur, exequi curent.

DE ADMITTENDIS  
in Societatem. Cap. II.

**I**N vniuersum loquendo de ijs, qui admittendi sunt, quo pluribus Dei donis naturalibus & infusis præditi ad promouendum iuxta Societatis institutum, diuinū seruitium: & quo certioribus experimentis perspecti fuerint; eo magis idonei erunt, vt in eam admittantur.

Vt particulatim de his loquamur, qui in Coadiutores admittuntur ad res temporales, vel exteriores curandas (qui plures esse non debent, quàm qui necessarij sint ad subleuādum Societatem in ijs rebus,

DECLARATIO  
In cap. II.

**A** **H** *Vius-*  
*modi*  
*ferè sunt magnis*  
*in domibus, Coqui*  
*& dispen-*

in quibus \* occupari alij non possunt sine detrimento maioris boni) esse eos oportet, quod ad animam spectat, bonæ conscientiae, quietos, tractabiles, amatores virtutis ac perfectionis, propensos ad deuotionem, qui domesticis

Dispensatoris occupationes, Emptoris, Ianitoris,  
 Præfecti infirmorum, Lotoris, Præfecti horti, eleemosy-  
 narum Curatoris (ubi ex eleemosynis viuitur) atque id  
 genus alię esse possent. Quia tamen pro maiori aut mino-  
 ri numero hominum, qui in Domibus vel Collegijs ver-  
 santur, pro maiori etiam vel minori distractione in huius-  
 modi exercitijs magis vel minus necesse esset huiusmodi  
 officiales ad hæc officia omnino deputari; eorum pruden-  
 tię, qui reliquis præsumt, id committitur: modo hanc cu-  
 ram sibi impositam sciant, vt finis meminerint, qui ad  
 huiusmodi homines in Societatem admittendos mouet.  
 Is est necessitas, vt alij, qui in vinea Christi Domini no-  
 stri laborant, vel litteris dant operam, vt postmodum in  
 ea laborent, subleuentur: quò se in rebus ad maius Dei  
 ac Domini nostri obsequium pertinentibus exercent.

B domesticis & externis ædificati-  
 oni sint, \* qui sorte Marthę in  
 Societate contēti, & ad eius in-  
 stitutum bene affecti, eam iuua-  
 uare ad Dei gloriam exoptent.

3 Quod ad externa attinet; ho-  
 nesti specie, sanitate, ætate, &  
 viribus ad labores corporis qui  
 in Societate se offerunt, sufferen-  
 dos præditi esse deberent; & qui

4 nisi aptus ad progressum in litteris faciendū, quan-  
 tum opus esset, videretur.

B ¶ Qui sic dispo-  
 situs cerneretur,  
 vt videretur diu  
 in externis ministe-  
 rijs non esse con-  
 quieturus, eò, q̄  
 ad studia, vel ad  
 sacerdotium affe-  
 ctus cognoscere-  
 tur, non esset in  
 Coadiutorem tem-  
 poralem admitten-

habere,

habere, vel certè habituri esse aliquando talentum aliquod, ad eam iuuandam viderentur.

Admittere homines difficili admodum ingenio, vel inutiles Congregationi, licet ipsismet non inutile foret, admitti; considerantes tamen instituti nostri finem, ac procedendi modum, persuademus nobis in Domino ad ipsius maius seruitium & laudem non expedire.

Qui ad hoc admitterentur, vt in rebus spiritualibus Societate iuuarent, considerando quid huiusmodi ministerium requirat, vt animæ proximorum iuuentur, sequentibus donis Dei ornari deberent.

Quod ad intellectum attinet, doctrina sana, vel aptitudine ad eam addiscendam, & in rebus agendis discretione, vel certè indole boni iudicij ad eam acquirendam.

Quod ad memoriam, aptitudine ad percipiendum, & fideliter percepta retinendum.

Quod ad voluntatē, vt vniuersæ virtutis & perfectionis spiritualis studiosi sint, quieti, constantes, strenui in ijs, quæ ad diuinū seruitiū aggrediuntur; quiq̃ue zelum habeant salutis animarum, & ea de causa ad nostrum institutum (quod ad illas iuandas & disponendas ad vltimi sui finis de manu Dei Creatoris nostri ac Domini, consecutionem, rectè tendit) sint affecti.

In exterioribus exoptanda est sermonis gratia; ad agendum cum proximis pernecessaria.

Species honesta, quæ ædificationi esse solet, ijs, quibus

quibus cum agitur.

11 Bona valetudo, ac vires, quibus ferre possit instituti nostri labores.

12 Ætas, quæ ad ea, que dicta sunt, conueniat, quæ quidem, vt admittantur ad Probationem, excedere debet decimumquartum annum; vt ad professionem verò, vigesimumquintum.

13 Dona externa, nobilitatis, diuitiarum, bonæ famæ, & similia vt non satis sunt, si desint alia; ita, cum alia suppetent, hæc non erunt necessaria: quatenus tamen ad ædificationem faciunt, reddunt magis idoneos, vt admittantur, qui sine ipsis alioqui essent idonei propter dotes alias prædictas; in quibus quo magis præcelluerit qui admitti cupit, eo magis erit ad hanc Societatem aptus ad Dñi Dei nostri gloriam; \* quo verò minus excelluerit, eo minus erit idoneus.

Quæ tamen mensura omnibus in rebus teneri debeat, vnctio sancta diuinæ Sapientiæ eos docebit, qui id curæ ad eius obsequium ac laudē vberiores susceperunt.

C ¶ Quamuis aliquis vndecumq; idoneus ad Societatem omnibus his præditus esse debe

DE IIS, at: si tamē in ali-

quo quid eorum desideraretur, verbū gratia, vires corporis, vel ætas ad professionem, vel quid simile; & in Domino iudicaretur alijs Dei donis quod ea ex parte deest, compensari; omnibusque perpensis ad Dei obsequium fore, & ad Societati propositum sinem conuenire, vt admitteretur: dispensare cum eo Præpositus Generalis poterit

lis poterit, vel etiam alij; quatenus eis communicata ab ipso facultas se extendet.

DE IIS, QUÆ IMPEDIUNT,  
ne quis in Societatem admittatur.  
Cap. III.

**Q**UAMVIS Charitas & zelus animarum, in quo se Societas hæc exercet iuxta instituti sui finem, omnia hominum genera complectatur, ut eorum seruiat spirituali utilitati, ac ad beatitudinē consequendam in Domino iuuet; ut tamen in Societatis ipsius corpus admittat, amplecti non debet, ut dictum est, nisi quos iudicabit ad propositum Societati finem vtilis fore.

Ex impedimentis ad admissionem nonnulla, eos qui vellēt ingredi, omnino excludunt: quia rationes efficaces nos ad id in Domino mouent. Ea verò huiusmodi sunt.

DECLARATIO  
In cap. III.

**A** **Q**UAMVIS  
per publicam sententiam quis con-

demnatus non fuerit; si tamen error eius publicus extitisset, ac vehemēter suspectus esset, & quòd in iudicio conueniri posset, timeretur; admitti non debet. Verùm hoc

Aliquando à gremio sanctæ Ecclesiæ abscessisse, Fidem abnegando inter infideles, uel incidendo in errores contra eam, in quibus \* reprobatus fuerit per publicam sententiam: vel se \* more

hoc